

## CONSPECTVS SIGLORVM


- $\omega$  consensus codicum **ABTU** vel trium ex his  
 $\alpha$  consensus codicum **AB**  
 $\beta$  consensus codicum **TU**

- A** codex Amstelodamensis 73 saec. IX  
**B** codex Parisinus Latinus 5763 saec. IX  
**E** codex Parisinus Latinus 6842 B saec. IX (excerpta)  
**T** codex Parisinus Latinus 5764 saec. XI  
**U** codex Vaticanus Latinus 3324 saec. XI/XII

Singulis tantum locis adhibiti sunt

- M** codex Vaticanus Latinus 3864 saec. IX  
**S** codex Laurentianus Ashburnhamensis R. 33 saec. X  
**Q** codex Parisinus Latinus 5056 saec. XI/XII  
**V** codex Vindobonensis 95 saec. XII

Stemma codicum adhibitorum



Aim. = Aimoinus  
 Ald. = Aldina  
 Bentr. = Bentley  
 Ber. = Beroaldus

Ciacc. = Ciacconius  
 Dav. = Davisius  
 Ditt. = Dittenberger  
 Flod. = Flodoardus

PRAEFATIO

Frig. = Frigell  
 Gland. = Glandorp  
 Heins. = N. Heinsius  
 Ho. = Holder  
 Hotm. = Hotomanus  
 Jur. = Jurinius  
 Kraff. = Kraffert  
 Kne. = Kuebler  
 Lips. = Lipsius  
 Madv. = Madvig  
 Man. = Manutius  
 Meu. = Meusel

Mo. = Mommsen  
 Muc. = H. J. Mueller  
 Nipp. = Nipperdey  
 Oud. = Oudendorp  
 Schn. = C. E. Chr. Schneider  
 R. Schn. = Rud. Schneider  
 Steph. = Stephanus  
 Vasc. = Vascosanus  
 Vict. = Victorius  
 Vielh. = Vielhaber  
 Voss. = Vossius

- 23 Obsidibus acceptis exercitum reducit ad mare, naves invenit refectas.  
 2 his deductis, quod et captivorum magnum numerum habebat et non-  
 nullae tempestate deperierant naves, duobus com meatibus exercitum  
 3 reportare instituit. ac sic accidit, uti ex tanto navium numero tot navigationibus neque hoc neque superiore anno ulla omnino navis, quae  
 4 milites portare, desideraretur, ut ex iis, quae inanes ex continenti ad eum remitterentur — [et] prioris com meatus expositis militibus et quas  
 postea Labienus faciendas curaverat numero LX —, perpaucae locum  
 5 caperent, reliquae fere omnes reicerentur. quas cum aliquamdiu Caesar frustra ex(s)pectasset, ne anni tempore a navigatione excluderetur,  
 6 quod aequinoctium suberat, necessario angustius milites conlocavit ac summa tranquillitate consecuta secunda cum solvisset vigilia, prima luce terram attigit omnesque incolumes naves perduxit.
- 24 Subductis navibus concilioque Gallorum Samarobriuae peracto, quod eo anno frumentum in Gallia propter siccitatem angustius provenerat,  
 7 coactus est aliter ac superioribus annis exercitum in hibernis conlocare  
 2 legionesque in plures civitates distribuere. ex quibus unam in Morinos ducendam Gaio Fabio legato dedit, alteram in Nervios Quinto Ciceroni, tertiam in Essu(vi)os Lucio Roscio; quartam in Remis cum Tito Labieno  
 3 in confinio Treverorum hiemare iussit. tres in Belgis conlocavit; his  
 4 M. Crassum quaestorem et Lucium Munatium Plancum et Gaium Trebonium legatos praefecit, unam legionem, quam proxime trans Padum conscripserat, et cohortes v in Eburones, quorum pars maxima est inter  
 Mosam ac Rhenum, qui sub imperio Ambiorigis et Catu(v)olei erant, misit. his militibus Quintum Titurium Sabinum et Lucium Aurunculeium  
 5 Cottam legatos praeesse iussit. ad hunc modum distributis legionibus  
 6 facillime inopiae frumentariae sese mederi posse existimavit. atque harum tamen omnium legionum hiberna praeter eam, quam Lucio Roscio in pacatissimam et quietissimam partem ducendam dederat, milibus passuum  
 7 suum centum continebantur. ipse interea, quoad legiones conlocatas  
 8 munitaque hiberna cognovisset, in Gallia morari constituit.
- 25 Erat in Carnutibus summo loco natus Tasgetius, cuius maiores in sua

2 iis  $\alpha$  || 4 deportare constituit  $\beta$  | ut e  $\beta$  || 5 ulla] nulla  $\beta$  || 6 his  $\beta$  || 7 et'  $\omega$  del. Nicasius || 8 lavienus  $\alpha$  || 9 reicerentur] reficerentur  $\alpha$  | aliquamdiu  $\beta$  || 10 a om.  $\beta$  || 12 secunda] secunda inita  $\alpha$  || 14 samarubrive  $\beta$  || 15 in om.  $\beta$  || 18 Gaio] c.  $\beta$  || 19 essuos  $\omega$  corr. Ho., cf. II 34 et III 7, 4 | Lucio] l.  $\beta$  | Tito] t.  $\beta$  || 20 treverorum  $\alpha$  | trevirorum T | tris in belgio conlocavit  $\beta$  | iis  $\alpha$  || 21 quaestorem] quintum  $\alpha$  | om.  $\beta$  corr. vccc. | munacium A | municum B | Gaium] c.  $\beta$  || 24 ac] et  $\beta$  | catuolei  $\omega$  corr. Gudius, cf. V 26, I et VI 31, 5 || 25 iis A | hiis T | Quintum] q. T | que U | Lucium] l.  $\beta$  || 26 praesesse] esse  $\beta$  || 27 facillime  $\alpha$  | se  $\beta$  || 28 Lucio] l.  $\beta$  | ruscio B || 29 milibus] militibus B | militibus milibus U || 30 centum] C  $\beta$  | conlocasset T | colloquasset U || 32 tasgetius A | asgetius T | cuius] huius  $\alpha$



civitate regnum obtinuerant. huic Caesar pro eius virtute atque in se 2  
benevolentia, quod in omnibus bellis singulari eius opera fuerat usus, ma-  
iorum locum restituerat. tertium iam hunc annum regnantem inimicis 3  
iam multis palam ex civitate (. . .) et iis auctoribus eum interfecerunt.  
5 defertur ea res ad Caesarem. ille veritus, quod ad plures pertinebat, ne 4  
civitas eorum impulsu deficeret, Lucium Plancum cum legione ex Belgio  
celeriter in Carnutes proficisci iubet ibique hiemare, quorumque opera  
cognoverit Tasgetium interfectum, hos comprehensos ad se mittere.  
interim ab omnibus legatis quaestoribusque, quibus legiones tradiderat, 5  
10 certior factus est in hiberna perventum locumque hibernis esse munitum.  
Diebus circiter quindecim, quibus in hiberna ventum est, initium re- 26  
pentini tumultus ac defectionis ortum est ab Ambiorige et Catuvolco. qui 2  
cum ad fines regni sui Sabino Cottaeque praesto fuissent frumentumque  
in hiberna comportavissent, Indutiomari Treveri nuntiis impulsus suos  
15 concitaverunt subitoque oppressis lignatoribus magna manu ad castra  
oppugnanda venerunt. cum celeriter nostri arma cepissent vallumque 3  
ascendissent atque una ex parte Hispanis equitibus emissis equestri  
proelio superiores fuissent, desperata re hostes suos ab oppugnatione  
reducerunt. tum suo more conclamaverunt, uti aliqui ex nostris ad con- 4  
20 loquium prodiret: habere sese, quae de re communi dicere vellent, qui-  
bus rebus controversias minui posse sperarent.

Mittitur ad eos conloquendi causa Gaius Arpinus eques Romanus, fa- 27  
miliaris Quinti Titurii, et Quintus Iunius ex Hispania quidam, qui iam  
ante missu Caesaris ad Ambiorigem ventitare consuerat. apud quos  
25 Ambiorix ad hunc modum locutus est: sese pro Caesaris in se 2  
beneficiis plurimum ei confiteri debere, quod eius opera stipendio li-  
beratus esset, quod Atuatucis finitimis suis pendere consuesset, quodque  
ei et filius et fratris filius a Caesare remissi essent, quos Atuatuci obsi- 3  
dum numero missos apud se in servitute et catenis tenuissent. neque id, 3  
30 quod fecerit de oppugnatione castrorum, aut iudicio aut voluntate sua  
fecisse, sed coactu civitatis, suaque esse eiusmodi imperia, ut non minus  
haberet iuris in se multitudo, quam ipse in multitudinem. civitati porro 4  
hanc fuisse belli causam, quod repentinae Gallorum coniurationi resistere

1 optinuerant AU || 2 benevolentia cu || 3-4 inimicis iam multis palam] inimici  
palam multis β || 4 et iis om. β | cum om. β || 6 Lucium om. β || 8 cognoverat α |  
comprehensos α || 9 quaestoribusque β || 11 XV β || 12 catuvulco α patulco T  
patulco U cf. V 24, 4 || 13 frumentum β || 14 comportavissent α | treveri T  
trebiri U | impulsus U || 16 oppugnatum α || 17 missis β || 18 ab oppugnatione suos β ||  
19 ut β || 20 quae] quod β || 22 conloquendi causa om. β | Gaius] c. β | Arpinus]  
carpineus α | eq. r. β || 23 quinqueti titurii B<sup>1</sup> | tituri β | q. iunius β || 24 con-  
suerant A<sup>c</sup> | consueverant β || 25 ad] in β || 27 aduatucis α | finitimis α || 28 et<sup>1</sup>  
om. β | ab α | missi A β | aduatuci α || 30 fecerint β || 31 fecisse om. β || 33 re-  
pentine B β